

homines salvos fieri, sed non *consequente*.  
Est ergo causa partialis. Nam requiritur  
adhuc causa organica, *fides*, quæ meritum  
Christi apprehendat, quam quum non ha-  
beant omnes, etiam non omnes salvantur.

3. *Quicquid Deus prævidet, illud necessa-  
riò fit:*

*Lapsum Adami Deus prævidit:*

*E. Adamus necessariò lapsus est.*

Resp. *Major* non est simpliciter vera: præ-  
visio enim rebus prævisis non adfert neces-  
sitatem. Ideoq; nec prævisio divina est  
causa lapsus per se; sed abusus Libertatis,  
atq; inobedientia Adami est *αἴτιον ἀνεγ-  
τατον*.

4. *Causa passionis Christi est etiam causa  
salutis humanæ:*

*Atqui Pilati damnatio & Judæ proditio  
est causa passionis:*

*E. est etiam causa salutis humanæ.*

Resp. Est eadem *Φλυναφία*. Pilati enim  
damnatio & Judæ proditio non est prima &  
proxima causa, sed remota, non per se, sed per  
*Accidens*. Pilatus hunc scopum sibi pro-  
posi-